



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

33. Tria Angeli Custodis in nos officia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

SYMBOLUM 31.

Triples Iustitia seu tripliciter accepta.

Congeriem morum, species complectitur omnes
Virtutum, primo nomine, Iustitia.

Altera cuiquè suum reddendi prona voluntas :

(a) Tertia sit Triados jure timendâ reis.

Postremam placidis Pietas moderatur habenis,

Quæ tenet imperij plus ; Rigor ipse, minùs.

[a] *Lege de Triplici Iustitia Dei in hac subdiv. symbolum ultimum,*

SYMBOLUM 32.

Tria Evangelica consilia, seu vota Religiosorum.

Si qua placet summæ Triadi super-eminet omnes
Votorum, in Sancta Relligione, trias.

Arctiùs unitur Triadi submissa voluntas,

Castra placet Superis Virginitate caro.

Libera paupertas nummorum pondere, mentem.

Liberiùs Triadis culmen adire facit.

Tria sunt inquit noster Pincharius, qua Religiosus tenetur resignare in professione, Res, corpus & anima, Res per paupertatem, corpus per castitatem, animam ac voluntatem per obedientiam. Vide infra symb. 74.

SYMBOLUM 33.

Tria Angeli Custodis in nos officia.

1. Custodire & ducere in viâ vitæ, ut viatores.

2. Orationes & actus nostros Deo offerre nosque juvare ut cultores Dei.

3. Nos contra adversa defendere, ut milites. Ex Verid. Christ.

Mille viatores abducant avia : (a) custos
Angelus est vitæ, ductor eritquè viæ.

Ac

Actus, thura precum defert, ac laudis odores
 Digna sit excelso fac ut acerra Deo.
 Miles es, esto vigil, semper qui devoret hostis
 Circuit, hic addet viribus arma tuis.

[a] Cuilibet fidei, regno, provincia, diocesi civitati, persone publica, prater eum, quem
 in privata persona abortu natiuitatis sue habet; cuilibet parochia, Religioso ordini, con-
 fraternitati, Ecclesie, monasterio, seminario &c. Angelum custodem a Deo deputari do-
 cent Theologi 1. p. q. 113. a. 4.

SYMBOLUM 34.

Tres Angelorum Hierarchiæ, & in qualibet Tres Ordines.
Suprema, Media, Infima. Et Tria Officia.

N. Hierarchia dicitur Sacer Principatus, seu multitudo Sa-
 crorum Principum ordinata.

A Ligerum cœlo (a) triplex Hierarchia fulget,
 In Triadis laudes [b] additus Ordo triplex.

Est vicina Prior Triadi, super-eminet omnes:

Altera quæ medijs gaudet amena Choris.

[c] Infima terrigenum præsto curare salutem,

Non tamen a Triadis fronte beante vacat.

[a] Ordo Hierarchiarum desumitur a D. Tho. & alijs juxta magis & minus universa-
 lem seu Deo propinquam similemque cognitionem: Supremi enim Deo proximi ob ipso U-
 niversaliſſimo Increato Principio immediate illuminati, rerum cognitionem recipiunt. Hi,
 sequentes Illuminant, & a nescientia purgant per species minus universales, & cau-
 sas creatas. Iſti Inſimos Perficiunt, tribuenda cognitionem rerum non cognitarum, per
 causas particulares ac proprias, speciesque non tam universales ut cetera sunt. Vide 1. p.
 q. 106. (b) Quelibet multitudo Perfecta, qualis est Angelorum Hierarchia, reducitur ad
 Ternarium: Principium, Medium, Finem: & ideo Tres sunt Ordines in qualibet Hierar-
 chia. D. Tho. 1. p. q. 108. art. 2. [a] Ad infimum Ordinem Angelorum pertinet assiste-
 re hominibus, ut persone particulares sunt. Ut verò communes sunt, vel Capita, etiam ad
 Alios. Ita docet S. Tho. 1. p. q. 113. art. 3.

SYM-